



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XII. Priorin und Convent des Klosters Arendsee nehmen Adelheid
Wulfesheit in ihre Brüderschaft auf, am 4. Mai 1393.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XII. Priorin und Convent des Klosters Arendsee nehmen Adelheid Wulfesheit in ihre Brüderschaft auf, am 4. Mai 1393.

Alheidis, Priorissa, Totusque conuentus sanctimonialium monasterii beate marie uirginis in arnffe, ordinis sancte benedicti, dioecesis verdenfis, dilectis nobis in christo Alheydi Wulfesheyt deuotarum orationum communionem in christo sempiternam. Pia et deuota vestre salutis affectio nobis directa humiliter exposcit, quod vos ad almam nostram fraternitatem ac indulgenciam nobis et confratribus nostris a sede apostolica indultam, uidelicet plenam omnium peccatorum remissionem, uidelicet quam confessor, quem ad hec duxeritis eligendum semel tantum in ultimo mortis articulo concedere valeat, et ad participacionem omnium bonorum operum non in merito cogimur recipere et vobis eandem impertiri. Igitur hiis presentibus dictam nostram fraternitatem cum singulis remediis penitencialibus in sinceritate fidei concedimus et deuote indulgemus, Iniungentes vobis, quatenus tempore obitus vestri presentem literam procuretis remitti propter exequias vestras in nostra fraternitate peragendas. Datum Lypczk, Anno domini M^o. CCC^o. XCIII^o. Dominica qua cantatur Cantate, nostre fraternitatis sub sigillo.

Nach dem Original im Königl. Sächs. Staatsarchive in Dresden.

XIII. Priorin und Convent des Klosters Arendsee nehmen die Markgräfin Katharina von Meißen und deren Söhne Friedrich, Wilhelm und Georg in ihre Brüderschaft auf, am 15. Mai 1393.

Nos Alheidis, Priorissa, Totusque conuentus Sanctimonialium Monasterii Beate marie uirginis in Arnffe, nostrique conuersi nec non seculares confratres, non nostris meritis sed dei et apostolice sedis gratia magnis Priuilegiis et prerogatiuis indulgentiarum preediti et dotati, presertimque in vna indulgentiarum prerogatiua per dominum nostrum dominum Bonifacium papam nonum preornata, ut quoscumque eciam christifideles nostram almam fraternitatem eligentes infra byennium ad participacionem indulgentiarum plene Remissionis omnium peccatorum semel tantum in mortis articulo cum aliis remediis penitencialibus auctoritate apostolica nobis indulta recipere mereamur, Juxta tenorem bulle nobis desuper confecte, cuius tenor de uerbo ad uerbum sequitur in hec uerba et est talis: (Urkunde Nr. XI.). Hinc est, quod nos Alheidis, Priorissa, Totusque conuentus Sanctimonialium Monasterii supradicti auctoritate dei et apostolice sedis gratia confise, Serenissimis principibus ac dominis, domine Katherine, Frederico, Wilhelmo et Georgio, fratribus, ipsius Katherine antedictae filiis, Thuringorum lantgrauis et Marchionibus myssnenfibus, almam nostram fraternitatem cum suis remediis penitencialibus eligentibus humiliter et beniuole ascribimus ipsosque recipimus in infrascriptis ad eandem: Illustrissimis principibus ac dominis, domine Katherine dominisque Frederico, wilhelmo et Georgio, fratribus, iam dicte domine Katherine filiis, Thuringorum lantgrauis et Marchionibus myssnenfibus, prenominatis, Alheidis, priorissa, Totusque conuentus sanctimonialium Monasterii Beate marie uirginis in Arnffe ordinis sancti Benedicti,